6

DE CAELESTI EXERCITV TRIVMPHANTE ORATIO

habita in Sacello Pontificum pleno Cardinalium Collegio aſſiſtente ſolemniſſima omnium ſanctorum die.

MAXIMILIANO AVSTRIACO IMperatori Cæſari Optimo conſecrata à Franciſco Scantio Iuris Conſulto Mediolanenſi.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE Apud Antonium Bladum Impreſſorē Cameralem. Anno Domini. 1565.

MAXIMILIANO AVSTRIACO CAESARI Imperatori, auctor. S. P. D.

MIRANTVR varij homines, in Principibus, Regibus, atq; Imperatoribus varia ornamenta, alij Maximam potentiam, ſupremũ ius & ſummam clauã ſuſpitiunt. Quidã obſeruant, veneranturq; Regium apparatũ, ęgregios mores ambitioſum faſtum. Aliqui latas curias, amp liſſima thęatra intuentur, ſtantes armatos vigiles contemplantur, ſtipatorum militum cuſtodiã, necnon & aulicorum gratam frequentiam frequentemq; gratitudinem obſtupeſcunt, ſicq; curiales & aulicos mores vehementer commendant. Alij demum expurgati auri, puriſſimi argenti copioſos aceruos, cumulos immenſos, necnon & præcioſas gẽmas ſimul & exquiſitos thęſauros in maxima exiſtimatione ducunt, adquæ omnia cupidos animos, atq; curioſos oculos conuertunt ſuos. Verum, hæc vt læuia, & externa, parui exiſtimanda ſunt, quæ ego in ſecunda claſſe iure merito reponenda cenſeo. De quibus negligendis, in contemptum habendis, alias (vt recordor) honeſtis occaſionibus, atq; opportunitatibus nactis, tum orationibus, tum æpiſtolis apud Imperatoriam Maieſtatem tuam longo ſermone egi. Nouiſſime paucis diebus ælapſis, in conſcripta lugubri laudatione Maximi Patris tui Færdinandi, Cæſaris optimi Imperatoris, quam inuito calamo, reluctante mineruą,

pro communi tamen conſolatione ad te tranſmiſi, ad hibui tunc non mediocrem diligentiam, vt ꝗ vana, ꝗ fugax ſit humanæ vitæ conditio, omnibusꝗ, pro rei veritate perſuaderem. Virtutes animi, quæ propria bona ſunt, excolendas, appetendas, ſummopere diligendas cenſui, colo ego in optimo Imperatore, iuſtitiam, prudentiam, temperantiam, liberalitatem, quibus ad Deum prope accedimus, quas præſtantiſs. virtutes, quis non omni religione, atq; reuerentia obſeruandas, iuſto iuditio affirmabit. In te maximũ nomẽ Maximiliane potẽtiſſime ſuſpicio atq; obſeruo, quod totus fere terrarum orbis admiratur, veretur, ac veneratur. Virtutes animi, hæ ſunt propria imperatoris Optimi ſanctiſſima ornamenta. Nonne maxima potentiſſima latet virtus, authoritas in aurea corona ex puro, ſolido, præcioſo auro, igne probato elaborata, varijs interclusis gemmis exculta, decorata, hęc miſtice præter latam clauam, quam arguit, ſatis etiam docet, victoriæ, ac iuſtitiæ præclaras partes, clarum eſt ꝙ corona vincenti datur, victricium eſt præmium, nõ enim coronatur, niſi qui legitime certauerit, contendentes in agone ab omnibus abſtinent, vt corruptibilem coronã accipiant, hoc eſt præmium certantis, vt corona donetur. De reliquo (inquit ſacratiſſimus vir) repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet dominus in die illa. Ecce duas in capite poſitas gemmas, iuſtitiæ, & victoriæ, quam expectant ac exoptant omnes currentes in ſtadio veri hærculis. Decet vt per ea quæ cernuntur, contempleris illa, quæ oculos aufugiunt, Nunc conuerto me ad Vellus Aureũ, quo ſanctiſ

ſimum collum exornatur, circundatur, excollitur, ibi charitatem intueor, in flamma ignea demonſtratam ſcintillis, quibuſdam micantem, de qua legitur, arde ſcat igne charitas. Contemplor deinde ſumma reuerẽ tia clementiam animi, benignitatem, ac tollerantiam Optimi Imperatoris, quæ omnia in compactis conti nuata ſerie annulis cathenatis ſignificãtur, clementiã pietatem, humilem; atq; remiſſum animũ, ſatis argu it, atq; innuit, pellis illa pẽdentis agni, quo nil magis humile, magis ve clemens excogitari poteſt; ſub figu ra agni D. N. toties in ſacris litteris demonſtratur, a Ioanne pręcurſore digito oſtenditur. Hęc ſunt vera or namenta quæ Maieſtatem tuam ad Dei Optimi contẽ plationem, erigere, diſponere, trahere, omnino debẽt vt pium, & religioſum Imperatorem decet, quem me rito elegi hodie ex omnibus, cui æ lucubratam oratio nem in ſolemnitate omnium ſanctorum dedicando conſecrarẽ. Vt totus cæleſtis angelorũ exercitus gau det vno ſupremo domino, ſic in terris vnico Imperato re lætatur populus, quem in terrenis conſtituit caput Chriſtus, hic de Sancto Apoſtolorũ actu longa lectio ne legitur, quatenus colligebant ſpicas, vt comederẽt Non poteſt factum iſtud a peritiori pceptore pſuade ri, explicari ve meliusq̃ ab vno, ex Illuſtriſs. Patribus purpuratis, idcirco Scipionem Rebibã Card. Ampliſs. delegi, is ſpicas proprium gentilitium familiæ ſuæ ge rit, ſic adipe frumenti ſatiabit te, lætiſſimus Maieſtatẽ tuam nomine meo ſalutat, Orationem hanc mediator porrigit, tanti patris prudentiſs. & doctiſs. gratum of ficiũ ſuſcipe benignus Bene Vale Deus te fæliciter.

ORATIO in ſolemnitate omnium ſanctorum.

QVIS eſt iſte exercitus, copioſus, pius, frequẽs nimis Pr̃ B. admirabilis, laudabilis nimis, qui cateruatim, turbatim, turmatim, ꝓdit, ſe publice demonſtrat, quaſi aurora cõſurgẽs, ãte lucanis horis, matutino tẽpore aſſiſtit, nã diluculo viſitat pium dominus, & ſubito probat illum, pulcher, vt luna decore, forma, & eleganti cultu, ornatiſſimis moribus de quo ſcriptum eſt ſpecie tua, & pulchritudine tua intẽde proſpere procede, & regna ideo cũ cupiuit Rex decorem tuum electus, vt ſol claritate, charitate, Iuſtitia fide de quibus legitur fulgebunt iuſti, ſicut ſol in conſpectu tuo domine, ardeſcit igne charitas horum facies tanq̃ corruſcans ſol ſplendeſcit, terribilis eſt exercitus vt caſtrorum acies ordinata agmen recte diſpoſitũ perſeuerantia, conſtantia firmitate, fortis eſt vt mors dilectio quinimo fortior cui prætulit Petrus dilectionem Ieſu, & ſi oportuerit mori tecum non te negabo, o fęlicem exercitum tãto duce, ſignifero, atq; ſtrenuo anteſignano ductum, o fęliciorem ſcholam, gymnaſium, academiam tam perito pręceptore moderatam fęliciſſimum gregem armenti, tam benigno, pio, humano paſtorẽ gubernatum, nutritum, fomẽtatum, cognoſco oues meas, cognoſcunt me meę, ecce mutuam dilectionem, reciprocum amorem parem, beneuolẽtiam,

hic confuſus mecum hęreo, ſubſiſto animo, pẽdeo cõ
ſilio, anceps viribus dubito, quod video nõ agnoſco,
quod agnoſco, non diſtingo, quod diſtingo, non ſen
tio, quod ſentio, non intelligo; quod intelligo, non
penetro, & quod apparet numerare, non poſſum, hic
traditiones antiquorũ recedãt, inſtituta maiorũ pro-
cul diſcedãt, ſomnia philoſophorũ obmuteſcãt, duo
Philoſophiæ genera conticeſcant, Italicum, & Ionicũ
vbi author fuit pithagoras, ſamius Ionici, hic prince-
ps fuit tales Mileſius in cuius ſchola confuſa ſeptem
fuere ſapientes qui diuerſo, & diſtincto vitę genere di
ſtinguebant, hic Aſtrologiæ numeris cõprehenſis de
fectus, ſolis, & lunæ etiam prædixit, aquam putauit
omnium rerum eſſe principium, huic ſucceſſit Alexi
mander eius Auditor qui, de rerum natura opinionẽ
varius mutauit, ex ſuis proprijs principijs quaſcunq;
res naſci putauit, iſte reliquit Anaximanem diſcipulũ
qui omnes rerum cauſas aeri ſolum dedit, & Deos ex
aere pariter ortos falſo credidit, Anaxagoras huius Au
ditor, diuinum animum effectorem omnium rerum
docuit prudentius, Diogenes alter Auditor, ſenſit ae-
rem eſſe compotem diuinæ rationis, ſine qua nihil cõ
ſiſtere poſſit, in hac fatua conſideratione fere deficio
miſereor ſuper turbam hanc compatior, doleo, dum
iſta cõtemplor, ac intueor, calligant oculi, palpitat cor
titubat animus, reffugit mens, vacillat conſilium, con
cidunt fractæ vires, vox faucibus hæret, non ſubſiſtũt
latera, ſtant comæ, non ſuppetunt robora, hic ſucceſi
ue ſic dubius ad multos Philoſophos me cõuerto, qui
poſt prophętas fuere quos nõ excuſat temporũ igno

rantia de quibus credendum eſt quod ijs defecerit ratio, interpretatio ſana defuerit, erubuit ratio, conticuit oratio, nam Socrates Princeps moralis Philoſophiæ poſt eſdram prophetam in cronicis inuenitur extitiſſe, non multo poſt natus eſt Plato, thales, & Thaletis ſucceſſores, Anaximandrum Anaximanem, Anaxagoram taceo, poſt quos cæteriq́ plures fuere Romulo regnante omnes in cōtrouerſia poſuere diſputantes tres gradus animæ quos recitat varro in libro de Dijs ſelectis, vnum qui non habet ſenſum, ſed tantum ad viuēdum, ad valetudinem refertur, ſecundum in quo ſenſus, eſt, & peruenitur ad oculos, aures, tantum, & ſenſus, tertium gradum vocant animam in qua intelligētia preæminet, ſed vt Zenophones collaphonius ſcripſit hominis eſt hęc opinari, Dei vero optimi īterpretis ſcire, vanitates antiquorū ridiculas audite (quęſo) quæ & nauſeam faciunt, & ſtomachantur, dixere Mercurium ideo appellatum, quod medius currens, nam ſermo currit intet homines medius, Ideo Hermes quę interpretatio enunciatur quod ad ſermonem pertinet Hermeam dicitur græce, ideo mercibus præeſt, quia inter vendentes, & ęmentes, ſermo eſt medius, allas in capite, & pedibus ponunt, ſignificantes ferri per aera ſermonem iuxta illud virgilianū, mobilitate viget vireſq; acquirit eundo, iccirco nūciū, quod per ſermonem omnia cogitata nunciantur, apportantur, dixere etiam Iouem, victorem, inuictum, opitulum, impulſorem, ſtatorem, ſtabilitorem, ſupinalē, tigillum, alumnum, ruminum, diuerſa nomina imponentes, propter diuerſas, cauſas, & rerum euentus, quid dicam de Orpheo,

pheo, Lino, Muſeo, antiquiſſimis Græcis qui fuerunt poſt Moyſem, verum Dei adoratorem, cultorē, ſcripto rem Theologum, hi tamen deſſipuere, & a veritatis cal le aberrarunt, hęc fatua turba negligēda, aſpernanda, contemnenda ecce Patres Illuſtriſſimi. Nunc deſcen damus vlterius ad turbam cælorū magnā quam dinu merare nemo poteſt ex omnibus gētibus populis, na tionibus magnam dico, qualitate, quantitate, cōſilio, prudentia, authoritate, fide, hic ingens, pium tamen ſpectaculū intueri licet, horrore, ſqualore, luctu, mæ rore, plenum, totum in gęmitu poſitum, atratum, lu gubre, Paulus, & Ioannes auulſum caput oſtendūt, Petrus & Andreas fratres, languida corpora clauis cru ci ſuffixa exponunt, Laurentius aſſata membra, Bar tholomęus excoriatam pellem ſanguine inuolutam demonſtrat, Stephanus duris lapidibus obruitur, Ioā nes feruēti oleo inijcit, Catherina intra rotas ſic exoſ ſatur, Lucia virgo crudeliter oculis orbatur, huius tur bę vt tubę ſonorus ſonus in omnem terram exiuit hāc dinumerarī diſtincte nemo poterat, nemo carnalis, ne mo impurus, nemo mūdanus, terrenuſue, nam qui ex terra ſunt terrena ſapiūt ideo animalis homo non pci pit ea quę ſunt Dei, inhabilitas, culpa, defectus, nume rantium inuicem concurrunt, horum nomina ſancti tatis pietatis, religionis, ſcripta, erant in fronte, clama bantq; ſignatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domi ne prudentiſſ. ſapientiſſ. clementiſſ. pater, & paſtor tu es, dediſti lætitiam in corde noſtro, vultum tuum, præcioſum nimis, præclarum, glorioſum nimis dep cabuntur omnes diuites plebis, pręſentis turbæ tres

præcipue erant diſtinctæ claſſes Martirum, virginum, confeſſorum, clamabant virgines abi laui vidi, ideo erant accincti ſtollis albis, quorum veſtimenta facta ſunt alba præ candore vitæ ſicut nix, altius reſonabāt martires veni, vidi, vici; tirannorum inſidias vici, minas, ſæuiſſima, & crudeliſſima tormenta vici, ideo palmæ in manibus eorum, victricia inſignia potiſſime triumphantium, in prima claſſe martirum, reſidebat glorioſum ſpeculum, martirij ſupremi, illa Sacratiſs. & Beatiſs. virgo Maria quæ & mater, & martir, inconcuſſe ſtabat iuxta crucem lachrimoſa, dum penderet dilectiſs. filius, adeo graui martirio confecta erat, vt eius animam gladius doloris pertranſierit, quis tunc amare non flæuiſſet, Chriſti matrem ſi vidiſſet in tanto ſuplitio conſtitutam, omnis martirij maximo, in ſecunda claſſe virginum, optime flagrante, ac ſuauiſs. reſpirante, ſanctiſs. mater refulgebat, potiſſima, ac precioſa gemma virginitatis, ſpecimen potiſſimum, exemplū fons, origo, flos ille impollutus, incorruptus, intactus rubum, quem viderat Moyſes incumbuſtum, conſeruatā agnouimus Marię laudabilem virginitatem. Hęc eſt illa virga yeſſe quæ floruit, virgo, Deum, & hominē, genuit. Sicut pluuia in vellus deſcendit, ſalue beatiſſima virgo Maria, quæ ſine tactu pudoris inuēta es mater ſaluatoris, virgo ante partum, in partu, eadem poſt partum, in te virginitatis gloria ſemper permanē te: inſtabant confeſſores, incepi, profeci perfeci, ideo laudes in ore ipſorum, voces ſanctitatem pietatem, religionem vbiq; reſonātes octo beatitudinum gradus octo laudibus exprimebant benedictio claritas ſapi-

entia gratiarum actio, honor, virtus, fortitudo, Deo noſtro in ſęcula: ij ſunt qui ſequũtur agnum quocũq; ierit, ij nõ ſunt cum mulieribus inquinati, ij lauerunt ſtollas in ſanguine agni puriſſimi cuius effuſi ſanguinis meritis, omnium, ſanctorum martiria, cruciatus, duriſſimę mortes, intinctæ lauatæ, & confirmatæ fuerunt, ideo laudes, gloriam, honores, Deo patri referebant pleniſſimas, ſcholam omni eruditione, doctrina, ſcientia, plenam, omnibus virtutum generibus excultam, refertam, ornatam, hanc ingrediuntur innocẽtes manibus, huc admittuntur mundi corde, qui ipſi Deum uidebunt, huc introducuntur illi, qui non acceperunt in vanum animam ſuam, nec iurauerunt in dolo proximo ſuo, hi ſuſcipiunt benedictionem a domino, & miſericordiam a Deo Optimo conſequuntur, ad octo beatitudinum gradus omnino perueniũt hæc eſt generatio, quęrentium eum quærentium faciem Chriſti ſui, hãc ſcholam ſacratiſſimam moderatur prudenter regit, gubernat, prudentiſs. diſponit, Iſaac qui riſus, lætitia, iucunditas, & delectatio interpretatur, hanc incolit, inhabitat, Sarra, mulier ſagax, quæ virtus primaria appellatur, huic aſſiſtit fauet, Abrahã, qui exponitur pater excelſus, omnia excelſa, omnia ſuauia, omnia in virtute poſita hic admirari licet, interpretari expedit, venerari congruit contemplari decet, omnia excelſa tua, & fluctus tui (inquit Sacratiſſimus ille) ſuper me tranſierunt, q̃ ſuauia, quam dulcia, q̃ iucunda ori meo, eloquia tua domine, caſta nimis, chara, & dilecta nimis, non mirum omnia in virtute poſita ſunt, nam in virtute tua lætabitur iuſtus, & ſup

ſalutare tuum, exultabit vehementer, ab hac ſacroſan
cta ſchola excluduntur, prohibentur miſtico ſenſu
Iaphet, & Cham, qui interpretantur, latitudo, & calli
ditas ſuperbia & aſtutia, hic Tubal pſalteriũ, & Citha
rã docet, vt in cordis cordibus, & canticis, laudemus
dominum, admirari decet Abel iuſtum, nõ autẽ cayn,
licet poſſeſſio dicatur, Enoch qui dedicatio, Seth. qui
reſurrectio, Enos qui homo, ſic germana interpreta
tione recipiuntur, o glorioſos, fælices, beatos incolas
& habitatores, non enim incola ſemper fuit anima ve
ſtra, veram vtiq; & ſolidam poſſeſſionem adepti eſtis,
vos metipſos dedicaſtis vt homines, reſurrexiſtis cum
reſurgente Chriſto iugum profecto ſuaue, onus leue
ad diſcendum hic duo tm̃ facilia, & leuia, docentur
præcepta, nempe dilectio Dei, & proximi, in his duo
bus mandatis, vniuerſa conſiſtit lex, ſcripturæ loquũ
tur, pendent prophetæ, hic tres perturbationes, quas
ſtoici in anima eſſe volunt, omnino negantur, inco
gnitæ, inuiſæ, penitus habentur, quatenus voluntas
pro cupiditate, lętitia pro gaudio, cautio pro metu de
claratur procul ſint paſſiones, procul affectus, omnis
metus, a longe verum paradiſum intueri licet (quam
eccleſiam dicimus) flumina paradiſi, quatuor euange
lia, lignea fructifera ſanctos, fructus eorum, opera eo
rum fructifera, lignum vitæ, ſanctum ſanctorũ, lignũ
ſcientię boni & mali, voluntatis arbitrium recta ſentẽ
tia iudicamus, Ab hac ſchola, ſacratiſſima, fæliciſſima,
atq; beatiſſima, excluduntur, carnales, impuri, immũ
di, laſciui, concubinarij, fornicatores adulteri, qui re
gnum Dei non poſſidebũt, ideo qui vxorem duxerat

ad conuiuium minime acceſſit, excluduntur, explodũtur, expelluntur, vitio ſuo raptores, vſurarij, fęneratores impii mercatores noſtri temporis, ideo iratus Ieſus facto flagello, eiecit eos ex templo, vt indignos, ſacrilegos & immeritos inquiens auferte iſta hinc, eijciuntur, exterminantur, eliminantur proprio vitio, otioſi, languidi, torpeſcentes marceſcentes, in delitioſo otio turpiter conſtituti iccirco qui acceptum talentum abſcōditum humi ſepelliuit traditus fuit in tenebras exteriores vbi eſt fletus perpetuus dixi otioſum, & intelligendum eſt de otio ſiue corporis ſiue animę, ꝙ eodē verbo dictum ſit non eſt inconueniens, vt aliquando corpus pro anima rurſus anima pro corpore intelligatur quod vulgo demonſtratur nonne dicitur de illo q mortuus eſt & ſepultus eſt in tali loco clarum eſt tūc quod de ſolo corpore intelligitur cum nullo in loco anima vsq̄ ſepelliatur e conuerſo ſępius intelligimus talem virum mortuum eſſe & ob ſua demerita impia, & vana in infernis cruciari tūc de ſola anima intelligere pium & religioſum eſt, mortuus eſt diues (inquit ſacra lectio) & ſepultus eſt in infernum, rurſus animam egit infęliciſſimus (vt falſa vulgi opinione reputabatur) Lazarus & in ſynu Abrahæ requieſcit ibi de ſola anima intelligere pium eſt redeo ad propoſitum: rurſus doloſi, perfidi, mendaces, periuri ab hac ſacratiſs. ſchola vt indigni, & immeriti, prohibentur, vetantur, arcentur, idcirco diabolus pater mendacii pręceps ad tartarea loca fuit deiectus, & maledictus mancipatus, o fælicem ſcholæ tantæ moderatorem, fæliciores tanti præceptoris diſcipulos, ſileat hic vna Demoſthenis

vis, taceat Platonis copia, conticeſcat lactea Neſtoris ubertas, Ciceronis facundia infecunda, ab Aula pæ⸗nitus recedat: tantæ extant laudes, prȩconia, tot me⸗rita, tantæ gloriæ, triumphi, palmæ, gloriæ, coronæ, pn̄tis præclari cætus, vt ea dinumerare nemo poſſit, hūc oēs fere docent, arguūt, oſtendunt ſicq; triplices ſuſtinent in fȩliciſſimo regno partes, in qua non repe⸗riri debet nouū Philoſophiæ genus, quod ab Archeſi⸗lao cȩpit ſucceſſore Palemonis, quæ ſicut omni dubi⸗tatione ita omni errore carebat pænes illum in illa ta⸗men eo diſtabat vna Philoſophiæ ſecta ab alia, quod diuerſos habebat fines, boni & mali, hic remittamus librū Varronis elegantiarum, in quo nulla eſt homini cauſa philoſophandi niſi beatus ſit inſiſtamus immo⸗remur hic de turba illa fatua inſulſa inſipida nihil ad nos, nihil, quod pietatē redoleat intus apparet quod religionem referat nil dici poteſt de illis, quorum nu⸗merum exprobraturus potius q̄ laudaturus ad confu⸗ſionem falſi hominis, ad gloriam Dei qui nos docuit, vt veros adoratores, adorare in ſpiritu & veritate pau⸗cis recēſcebo ſummam rei ſceſſet itaq; ridicula diſpu⸗tatio ſeuolæ qui tradidit tria reperiri genera deorum, vnum a Poetis, alterum a Philoſophis, tertium a prin⸗cipibus ciuitatis conſtitutum eluſorius, ȩxercitus deo⸗rum, vanus, ac ridiculus, confuſus recedat, Dei immor⸗talis ſolci, ſit gloria & honor perpetuam veri Dei MAXI⸗MI tonantis hic omnia plena, falſa turba recedat, diſce⸗dat, conticeſcant authores falſiſſimi quatenus fabulā⸗do aſſerunt, ꝙ in ipſo ȩthere ſit iupiter, in aere iuno Neptunus in mari, in inferioribus maris palatia, in ȩter

ra pluto, in inferioribus terræ viſceribus proſerpina in focſis domeſticis veſta, vulcanus in ardētiſſima fabrorum fornace, in ſideribus, Sol Luna & Stellæ, in diuinationibus apollo, in merce mercurius, in iano iniciator, in termino terminator, in tempore Saturnus, Mars & Bellona in bellis, liber in vineis, ceres in frumentis, Diana in ſiluis, Minerua in ingenijs, Dieſpiter qui partum producit ad Diem, Deamena quam præfecerunt menſtruis fæminarum, lucina quæ a parturientibus, inuitatur vocitatur Deus vagitamus qui in vagitu os Naſcentium aperit, dea læuana, quę de terra erigit, ſubleuat & tollit, Deacunina, quę cunas tuetur, carmētes quæ naſcentibus canunt, indina rumina, quæ mā/mā paruulo ſuggerit, indina potina quæ potionē ſubminiſtrat, Indina vlica, quæ præbet eſcam, de pauore infantium pauentia, de ſpe quæ venit, venilia de voluptate, volupia, de actu, aggenoria, de ſtimulis quibus homo ad actus impellitur Dea ſtimula, ſtrenua ꝙ ſtrenuum faciat, quæ a ſtrenuiſſimis militibus in maxima reuerentia habebatur, & in victorijs referendis opimę predę particeps erat, relinquo aliam Cateruam ridiculam ſuperfluam vt numeria, Camena, conſul, Deus, decentia, iuuentus, virginenſis, ingatinus, nodotus, Barbatus, ſalatia, Cleotina, volupia, libentina, a libidine dicta, in ruralibus operis, aggreſtiꝙ cultura, idem confixerunt, Ruſſinam a Rure nominarunt, Iugatinum Deum, iugamento prępoſuere, collatinam collibus præfixere, valloniam vallibus, ſatis, & ſegetibus ſub terræ viſceribus occultis, Deam Seiam iam erectis ſegetiam, vt tuto obſeruarent, deam Tulinarā,

germinantibus iam frumentis proſerpinam, geniculis nodiſq; culmorum nodotum, in volumentis folicu/lorum Deam volutinam, cum foliculi pateſcunt, & in ſpica exeunt Deam patelenam, cum ſegetes nouis ariſtis æquantur, quia veteres æquare hoſtire dixerũt Deam oſtilinam, floreſcentibus frumentis Deam flo/ram, nam etiam non his contenti, Deam lacturciam lacteſcentibus, matureſcentibus, maturam, cum run/cantur, & a terra diuelluntur deam runcinam, eſſe vol uerunt. O ſtulti & leues corde ad credendum in fatu is traditionibus antiquorum, rurſus quid arguunt fal ſa illa ſimulachra, formæ, ætatis, ſexus, habitus deo/rum, barbatum Iouem, imberbem Mercurium, Satur num ſenem, Apollinem æphebum, muſarum ducto/rem, fingunt deinde in domeſticis q; forculus præeſt foribus, limentinus limini præpoſitus extat, fingunt cardeam fęminam quæ cardinem hoſtij ſeruat, diuer/ſimode, etiam de ſubſtantia deorum crediderunt, ex igne compoſitos ſenſit æraclitus, ex numeris Pithago ras exiſtimauit, ex athomis ępicurus fuit opinatus ſed hæc impiorum ſunt omnia, nec vlterius iſta comme/moro, quia me piget, quod illos non pudet, hi ſunt qui euanuerunt in cogitationibus ſuis, dixit inſipiẽs in corde ſuo non eſt Deus, ſic confuſi confidant iſti in curribus & in equis, nos autem in nomine Dei exulta/bimus, confundantur qui adorant ſculptilia, & glori/antur in ſimulachris vanis, vbiq; deus, in mundo, in cę lo, cuius potentia cælum, & terram implet, conuerta/mus nos hodierno die, ſerio, ſedula opera, ad comme morandos exercitus cęleſtes, quorum memoriam orã

tes

tes in Illuſtriſſimo & religioſs. ſubſellio recenſemus, ſed quia tanta eſt turba vt eam dinumerare diſtincte nemo poſſet, ideo aliquos tantummodo breuiſſima oratione complector, quo nomine ab vno diſcatis omnes, hic exordiar præſentem telam, hic conſtituo latũ campum, ineo ſpectaculum glorioſum, diſpono circum, arma capeſco, haſtas pie & religioſe torqueo, tela vibro, diſpono omnia; iacto miſſilia; loricam induo enſem veritatis accingo, galeam ſalutis aſſumo. Offert ſe primo loco, diuus Petrus antesignamus meritiſſimus, petra edificij, eccleſię fundamentũ, fidei propugnaculũ, caput Apoſtolorũ, qui docet in hac ſchola, omnia propter Chriſtum deſerenda, animę lucro cætera poſtponenda ſalutem animę cunctis rebus ꝑponendam, ecce (inquit) reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis, arguit ſordidos, auaros, raptores, quatenus clauibus exhibitis regnum cęlorũ pijs apertum, & reſeratum aſſerit, atq; policetur, rurſus oſtendit inſigne ſuum, laborioſum nimis, ſudoribus, doloribus, difficultatibus plęnum, quo medio regnum cęlorum fuit ꝓmeritus, heus crucem erectã, patibulum diſpoſitum, funes preparatos, carnificem, impie animatum, corpus patibulo traditum, occiſum immolatũ, ſequitur Paulus paruulus quidem ſimplicitate, candore, puritate, ideo ſecretorum miſteria a Deo ſibi reuęlata ſunt, quæ non licet homini loqui, gratias tibi ago pater, quoniam abſcondiſti hęc a prudentibus & ſapientibus, reuelaſti ea paruulis, quos ſic vocat, ſinite paruulos venire ad me, horum ſimplicitati promittitur regnum cęlorum, niſi efficiamini ſi-

C

cut paruulus iſte non intrabitis in regnum Dei, paruu-
lis datum eſt cognoſcere ſacroſancta miſteria, ſic Pau-
lus paruulus exſtitit, verum magnus fide, conſtantia;
perſeuerantia, hic docet mortificandos, ſuperandos;
ac omnino vincẽdos appetitus, rationis freno morſu;
habenis, continendos, comprimendos, caſtigandos;
audite illum atteſtantem; caſtigo (inquit) corpus me-
um, & in ſeruitutem redigo, ne cum aliјs prędicauero
reprobus efficiar, doctrinam profecto, exempli, amęni
tatis, puritatis plenam, arguit deinde, increpat dete-
ſtatur, ſomnolentos, ſocordes, deſides, penitus iner
tes, qui otio, & torpore langueſcentes detinentur, qua
tenus euaginato, ſtricto & denudato enſe fortiſſimo,
gladius eſt verbum Dei, euangelicos hoſtes ad mortẽ
vſq; optimus vltor perſequitur ſtrenuiſſime, glorioſã
militiam, triumphantem, regnantem, vigentem ſem-
per demum oſtendit Paulus vas electionis, quibus me
dijs, qua via cęleſti conſortio fuit aggregatus, o diffi-
cultatem, o labores, & dolores ſupra vires humanas,
ab hac contemplatione fictitia recedant ſomnia, am-
bitioſa, ſpectra ꝓcul excludantur, vanitates, corruat
ambitioſum templum alias conſecratũ ęſculapio pri-
mo medicinæ inuentori in mõte libie in quo eius mũ-
danus homo nempe corpus humatum iacet, hic etiã
Hermes maior vz. Mercurius qui dicit auum ſuum
fuiſſe in hermopoli ſui nominis ciuitatẽ, vt perhibẽt
ſepultum; videtis duos deos quos dicunt homines
fuiſſe Eſculapium, & Mercuriũ ſed de Eſculapio, tum
græci, tũ latini idẽ ſentiunt, Mercuriũ vero multi fabu
lãdo nõ fatentur fuiſſe mortalẽ introducũt, etiam in

hac caterua yſin vxorem oſiris quam multa bona præſtitiſſe propitiamq; fuiſſe tradit verum leuia ſunt hęc omnia quamuis arguant quędam ludi illi pompoſi funebres alias exhibiti de quibus Varro teſtatur vbi ea ſacra commemorat atq; recenſet tanq̄ hoc ſit aliquid diuinitatis inditium non enim ſolebant ludi niſi numinibus ſuis cęlebrari; verum eſt profecto illud propheticum facit homo deos & ecce ipſi non ſunt dei facti ſunt ab hominibus Dei, non tamen eis dedit Deus poteſtatem quod Platonicus Apuleius ficte loquens demonum ſimulachra arte impio colligata inquit ab homine factus eſt. Deus nam quod inſtituit multitudo erroris abſtulit via veritatis, & puritatis, quod intulit incrędulitas abſtulit fides, quod inſtituit a cultu diuinæ religionis ſcelectio & auerſio abſtulit ad vnū verum Deum conuerſio; Apulei pulcherrimi Platonici extat copioſiſſima oratio in qua crimen magicarum artium a ſe alienū eſſe defendit ſeq; aliter non vult innocentem videri, niſi ea negando quę non poſſunt ab innocente committi, contra magicas artes audite Vergilium Poetam clariſſimum teſtor Cara; deos & te germana tuumq; dulce caput magicas inuitam accingier artes atq; ſatas alio vidi traducer̄ meſſes, & quę ſequūtur, impium eſt credere hanc artem fieri per vnionem deorum & hominum quoniā nullus Deus in hoc miſcetur homini vt Plato atteſtatur ad demones ptinēt, diuinationes, Augurum, Aruſpicum, Vatum atq; ſomniorum, nōne demones ſunt genere animalia, animo paſſiua, mēte, rationalia, corpore, ęrea tēpore eterna quæ multa conantur multa moliuntur, & machinatio.

nes contra Deum non tamen potuerunt ſanctos viros
arecto ꝓpoſito veritatis dimouere, & quia finis, non
pugna coronat; exitus enim acta probat; ideo in fine,
non autē in principio, omnis canitur laus, iccirco non
qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit hic ſaluus erit,
quippe in difficili poſita eſt pręſentis belli victoria; &
non coronabitur niſi qui legitime in ſummo bello cer
tauerit, quod inter alios atteſtatur Paulus vas electio-
nis de quo eſt pręſens ſermo qui vſq; ad mortem ſan-
ctiſſimum nomen & numen acerrime defendens tuta
tus eſt, hoc non ſine lachrimis audire religioſo viro cō
ceditur; ecce fertur ſententia ſęuiſſima, deputatur dies
deſignatur locus, deſtinatur hora, erigitur theatrum,
pręparatur ſanctum corpus, ſpoliat᷑ denudat᷑, congrē
gatur ſpectaculum fræquens, ſpiculatores impij ac
animati diſponūtur, crudęle ferrum acuitur, genibus
humi flectitur, ſubijcitur collum, truncantur caput,
heus terra diſtilanti, ſanguine, irrigatur, corpus effuſo
cruore aſpergitur, cęlum miſeratione repletur, Tyran
ni crudelitate ſatiantur, anima ſanctiſſima ab Angelis
ſuſcipitur, corpus frigidum remanet (proh dolor) bu
ſtum ſine nomine aſpicitur, languidum caput ſuſcipi
tur, corpus vinculis liberatur, ſacroſanctæ ſepulturæ,
quam præſens omni reuerentia adoro, ſumma religio
ne conditur, o caput ſanctiſſimum, o beatiſſimum cu-
ius lumine, ac numine ſancta eccleſia illuſtrata cuius
labijs erudita, cuius lingua exculta, cuius aſpectu ſua
uiſſimo recreata, cuius ſudore, refecta, cuius labore re
ſtaurata toties extitit ſalue gloria decus, ornamentum
totius eccleſiæ, Auulſo capite, hiant illa ora, tremunt

pallida labia, palpitant illi oculi, qui ſi palpitaſſent antea, ve nobis ve eccleſiæ, facies ſanctiſſima liuida, & ſquallida, ſine colore aſpiculatore oſtenditur, contra ctatur cuius colore rubicundo, tota charitate flagra/uit, æſtuauit, eccleſia liquefacta eſt anima mea, in ſan cta cōtemplatione pietatis, ad galileum andream, me ſucceſſiuo ordine conuerto, qui pariter in ſacroſancta ſchola, docet, arguit oſtendit, docet mortem minime extimeſcendas pro Chriſto, iuxta ſacram literam, No/lite eos timere, qui occidunt corpus, animam autem, non poſſunt occidere, animæ detrimentum maximū, & periculoſum perhorreſcere debemus, ſalutat An/dreas crucē, hilari animo ſerena fronte, diſpoſito cor de, firmo propoſito, ſalue crux ſanctiſſima, tanto tem pore deſiderata, ſuſcipe diſcipulum eius qui in te pe/pendit, rurſus arguit, reprehendit, accuſat, abiectos, viles, degeneres animos, timor quos arguit, quos mi/næ perterrefaciunt, penę exanimant, oſtendit patibu lum crucis, oſtendit funes turpiſſimos, quibus trium/phauit, pugnauit, luctatus eſt, cum triplici hoſte, vi/cit, obtinuit in duriſſimo prelio, in aſpero conflictu, ſcholam omni pietate religione plenam, omni reuerē tia dignam, ſileant in hac ſchola ſeptem ſapientes gre cię, obmuteſcat ſolon Athenienſis, Philon lacedemon Periander Corinthius zcobolus liddius Bias Prianen, & alij ſequaces veniamus ad Thomam Didimū par/te ſua minime defraudandum, & ſi tunc tēporis, nul/lo pacto nullaq; ratione commendandus eſſet, quini mo vituperandus ſeuere, quatenus prudentia carnis motus, eruditus, edoctus, quæ mors potius, & ſtulti/

tia, q̃ vita apellanda eſt, de ſe ipſo, recte ſentire, & ſapere videbatur, ideo infidelitatis reus eſt habitus; reprehenſus, a Domino iure merito obiurgatus, quia vidiſti me, Thoma credidiſti, verum in hoc ſummopere laudandus, exiſtit Diuus, qui cognito deinde errore, ſic pie & conſtanti animo illum faſſus eſt, proſtratus, gęnibus humi flęxis adorando dixit, ad ſe rediens intrans domum ſuam, pęnetralia cęlulę perſcrutans, Dominus meus, & Deus meus, oſtendit poſtremo tro phea, triumphos, armamenta, victricia, ſuæ ſalutis, nempe, candentia ac ęſtuantia, lamina ferri, quibus aduſtus, fornacem igneam qua iniectus, acutiſſimas lanceas, quibus confoſſus, crudeliſſime tandem occu buit & obtinuit feliciſs. in domino. Sileant hic, recedant ab aula, conticeſcant vani triũphi, lęuia trophea ridiculę palmæ, coronæ nullæ, murales, antemurales caſtrenſes, militares, corollæ falſæ, armille tenues, ambitioſe bigæ, trigæ ſuperbæ, quadrigæ, tumidæ triumphantes, Ceſarum concedant & de gradu deijci patiã tur, victoriæ violentæ, ſanguine plenæ, in violentia, & extorſione poſitę Octauij, Auguſti, Scipionis, Horatij, Iulij, Pompei, Anibalis, Macedonis, & aliorum huiuſmodi notæ, diuturna prælia, nam ſanctiſſimi viri durius pręliati ſunt, qui intra ſe ipſos interno, ac inteſtino bello pugnabant iugiter, cum domeſticis hoſtibus agebatur negotium, ij ſunt hominis inimici ſęuiſſimi, propria carne, propriis ſanguinibus, ſuiſmet ſtimulis vexabantur, moleſtabantur, lędebantur, ſummo cruciatu offendebantur, cum quibns ſeria pugna iugiter pręliabantur, diuina tandem ope, vincebant,

obtinebant, in periculoſa lucta triumphabant, verã gloriam, victriciam palmã glorioſi reportabant, hęc & ſi diu perdurabant, fęliciter tandem terminabant. Longo tempore (fateor) ferbuerunt aſperima, ſæuiſſima Romanorum bella, quæ tamen ſi comparentur, conferantur ve ſanctorum militantium conſtantiæ & firmitati nulla penitus exiſtunt quis neſcit duo pręlia belli punici ſecundi quæ cum maximis calamitatibus Reipublicæ confecta ſunt Annos decem & octo continuos perduraſſe vbi omnibus viribus fere conſumptis ſeptuaginta millia Romanorum infeliciter occubuerũt quid dicam de bello punico primo quod per viginti tres Annos maxima clade, & ſtrage inter cedẽ & necem agitatum, eſt tacebo bellum, mitridaticum quod per quadraginta Annos iugiter ferbuit bellum Samanticum Annis quinquaginta bellum punicum tribus ſolũmodo a Scipione incredibili celeritate confectum eſt ſic bellum Piratharum, a pompeo ſtrenuiſſimo Duce finem cito & terminum habuit, horum Ducum vanam fortitudinem impræliando, luctãdo, obtinendo quis non obſtupeſcet, ambitioſus admirabitur, Verum enimuero ſi comparentur, ſi conferantur, Militiæ Sanctorum in terris Tyrannide infidelium iugiter oppreſſorũ, nulla penitus reputant, velint, noſint, fateri debent homines iſtos longo interuallo prę ferendos pręponendos, vt victores eſſe longiſsimo interuallo reputandos quandoquidẽ illi pro falſis Diis pro gloriola leui occupãdã, aucupanda, certabant iſti pro veritate defendenda acriter, ſummum ſupplicirũ non exhoruerũt nec abhoruerunt illi coacti compul

ſi vanitate falſa ambitione leui, morti ſeipſos dedebãt
ad gratiam principum iſti pro veritate atteſtanda, vſq;
ad ſanguinis effuſionem volentes, libẽtes, hilares, ſpõ
tanei, pugnantes obtinebant, & iugulo caput ſubiicie
bant ſuum, o conſtantiam multo maiorem regulo, M.
Publio, Deciis, Curtio Mutio, Camillo, Torquato, Bru
to & aliis, iſti pugnabant in agone cęleſti, vt lucraren
tur Ciuitatem ſupernam, quam alii pugnantes amitte
bant, ibi nullus oritur quia nullus moritur, ibi non
oritur ſol ſuper bonos & malos, ſed ſol iuſtitiæ ſolus
protegit bonos, ibi Theſaurus communis eſt veritatis
tanto erãt ſancti viri magis Deo ſimiles, quãto ab hac
immunditia magis mundi, purioresq; exiſtebant, de
quibus idem dici poteſt quod de Catone legitur, qui
quominus petebãt gloriam, eo magis illã aſſequebãt,
hic contrarius eſt exitus, & finis, triumpho, tropheis
victoriis antiquorum diſtant, differunt, plurimum in
ter ſe, quandoquidem, illis terra gaudebat cælum tri
ſtabatur, iſtis vero terra lachrimatur, cælum gaudet,
Angeli lætantur, Sancti iubilant, applaudunt mani
bus, pii & religioſi homines, mundus vtiq; quod ſuũ
eſt diligit, ſi fiat mutua comparatio, error facillime de
tegitur fallacia deprehenditur, ambitioſa uanitas, col
ligitur, audite patres Illuſtriſſimi, quam impię quam
nepharie, triumphauit Pompeus, qui Iudeam cũ exer
citu ingreditur Ciuitatem capit & euertit, templum re
ſerat, non quidem deuotione ſupplicis, ſed iure ſup
bi victoris, & ſancta ſanctorũ quo nemini niſi ſum
mo ſacerdoti, licebat ingredi temeraria libertate in
greditur, nõ vt venerator ſed ut prophanator, templi,
acceſſit

accelſit deinde Caſſius qui etiam templum inſolẽs ex poliauit, paucos poſt annos Hærodem alienigenam habuerunt, quo tempore natus eſt Ieſus, verus victor fælix triumphator, hæc commemorare flẽti libet, & licet, vt ſecundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ domine iucundã red dant animam meam, quibus procul dubio, & rebus ꝓ ſperis ſui ipſius cognitio, in aduerſis, vt fiducia, ſic etiã ſpes pro conſolatione accedere debet, ita vtraq; viciſſi tudo facile ſuperatur, ſint homines in aduerſa fortuna exercitati ne rumpantur, rurſus in proſpera caſtigati, ne elati tumeſcant nimis, Multas plagas crudeles, ſęuiſ ſimas quidem illatas in Chriſtianos decem legi, prima a Nerone, ſecunda a Domitiano, tertia a Troiano, quar ta ab Antonino, quinta a Seuero, ſexta a Maximino, ſe ptima a Decio, octaua a Valeriano, nona ab Aureliano alia vltima a Diocletiano, & Maximiano Imperatorib. ad ſimilitudinem plagarum egiptiarum, quæ pariter decẽ fuiſſe leguntur, ſed dum in iſtis plagis ſic moror, ad proprium inſtitutum noſtrum minime accedo, ma num ergo de tabula depono, & ad inſtitutum meum pede propius accedam, promiſſis haud manebo, ſi in iſtis recenſcendis diutius immoror, expectat me Phi lippus vt eius plagam commemorando pie recenſeã, qui pariter partes ſuas vt eximias in martirio merẽtur in ſchola Chriſti, quem familiariſſime Dominus allo quit, ſub alegoria & miſterio diligentię, vnde eme mus panes (inquit magiſter) vt mãducent hi, cui titu bans aliquantulũ ſic reſpõdit ducẽtorũ denariorũ pa nes nõ ſufficient, in hoc arguit vt incautus, imprudẽs

inconſultus ad inſtar eorum qui inconſiderate, fortu nam humanæ vitæ Deam, & moderatricem falſo exiſti marunt, erronea opinione ducti, poſtremo oſtendit Philippus diuus glorioſum inſigne, ſanctiſſimam cru= cē qua affixus, duriſſimos lapides, quibus obrutus, ſic celeſtem gloriam tandē intrare meritus eſt, poſt mul= tos, labores, ſudores, difficultates vſq; in finem ſancti viri dilexere dominum, qui pariter, & ipſi reciproco amore, excepti, & dilecti ſunt, non omittam vltimo lo co Bartholomæum Diuum, qui pariter in ſacratiſſima ſchola docet, nedū facultates ſed, etiā propriū corpus hilari animo promptiſs. exponendum, extenuandū, expoliandum, pro lucranda anima, omnium rerum præcioſiſſima, docet proprijs paſſionibus exui, quo vi ctores, triumphatores, commoditates corporis, ani= mæ poſtponamus, pelle (inquit) & carnibus veſtiſti me domine, oſſibus, & neruis compegiſti me, Ego au= tem pelle exutus amore tuo, cauſa, & dilectione tua, ſanguine totus profluens, hincinde manans, ab omni parte diſtillans, charitate totus rubicundus, vera pur pura amictus, circundatus, in qua glorior, de qua le= tor, pro qua triumpho, o gloriam omni reuerentia ſanctitate, pietate, dignam ſemper adorandam, lau= dandam ſummis laudibus maximo præconio cōmen dandam ibant a conſpectu concilij gaudētes, quoniā digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumelias pati, ſcholam beatam, fęlicem, honorificam, non ſicut mundus diſcit ita diſcunt hic ſancti homines hic exci tantur populi Dei qui intra ſe non ioco ſed ſerio nōn de falſo imperio vt de filijs Alexandri, Ariſtobolo, &

Hircano legitur in hiſtorijs qui intra ſe de imperio va ne dimicarunt, ſed ad veram ſolidamq; gloriam aſpirã tes, anhelantes ſedulo, vſq; ad ſanguinis effuſionem ſtrenuiſſime dimicarunt, irridenda eſt impia vanitas Alexãdri qui hoſtias imolauit, obtulit, in templo ſacri ficauit, nõ ad cultum religionis ſed impia leuitate, fal ſa ambitione ductus ſe cum Dijs falſis colendum pu= tauit, laudandi ſunt iſti ſancti viri etiam atq; etiã qui ſe ipſos in hoſtias inuictimas Deo viuenti imolarunt, ſa= crificarunt, ſic hilari voce cantantes tibi ſacrificabo hõ ſtiam laudis & confitebor nomini tuo domine quoni am bonum eſt in voce exultationis & confeſſionis ſo⸗ nus epulantis, o ſacrificium veſpertinum, matutinum meridianum, in quo alij ſecti ſunt, alij occiſi, alii tenta ti, quidam excarnificati, trucidati, ſauciati, vulnerati, vlcerati in partes diuiſi, lacerati, laniati in fruſtra non poſſunt hæc niſi piis auribus intelligi, ſic atteſtantur tot feruentia olea, ęſtuantes carbones, tormenta fer= rea, voraciſſimi ignes, reſurgentes flammæ, ſcintillæ micantes, lamina excandeſcentia, liquefacta plumba volantes frequentiſſime ſagittæ, aſperſi cruores, effu ſi ſanguines, duriſſimi lapides, immaniſſima ſaxa, hæc ſunt torneamenta, hæc trophea, hi glorioſi triumphi ſanctorum militantium in Regno cælorum, qui aſſi⸗ ſtunt circa ſolium, & tronum Dei orantes, deprecan⸗ tes, vt optimi interceſſores, pro ſalute omnium in ſan ctã pſentes diei cõmemoratione, pcipue quæ vt eſt cõ munis omnibus, ſic tangit omnes, ſic extenditur pa= riter ad omnes, tria ſunt quæ hodie conſiderare debe⸗ mus & in qualibet meditatione obſeruare auxiliũ ſan

cti exemplum eius, demum confuſionem noſtram, qui continuis orationibus, indefeſſo labore, ſanctiſs. opera, ſolerti ſtudio, necnon & diligentiſsima cura aſ ſiſtit iugiter, orat benignus, itercedit gratioſus, de pre catur ſuplex diuinam maieſtatem in gratiam, commo dum, fauorem, ac vtilitatem noſtram, quo fęliciter, pro ſpere, fortunate ſuccedant quælibet vota noſtra, recte æueniant omnia, accedant ſingula pro voto, ex animi ſententia obueniant noſtra, fęlix fauſtum ſit, illud om ne ꝙ deſideramus, obtineamus, aſſequamur pii, diui no fauore auxiliante obtineamus tandem, hoc eſt au xilium ſanctum, iſtud adminiculum gratum, optimũ, atq; ſuffragium gratioſum, omni auro, argento, lapil lis, margaritis, atq; gæmmis multo præcioſius, quoli bet maximo thęſauro gratius, charius, optabilius lon geq; deſiderabilius, ad hoc auxiliũ inuitantur, alliciũ tur, vocitantur, demum ſuauiſſime trahuntur omnes, qui pie, & religioſe viuunt, qui ſanctiſs. ſeſe gerunt, ii benefaciunt, atq; lętantur in ſuffragiis, ac precibus ex cęlo emiſſis admodum gaudent, quidquid boni agũt ad Deum vt originem ſtatim referunt, cui ſoli ſit ho nor & gloria, iſto auxilio ſic corroboratus, adiutus, ſuf fultus erigitur religioſus, ſubleuatur, releuatur, prote gitur demum, vbiq; locorum, gentium, nacta quali bet occaſione, honeſta opportunitate, facultate ido nea ſaluatur recte, regitur rectius, gubernatur rectiſs. diuina cuſtodia aſtante, cui nos, omnia quæ noſtra cõ mittimus, concredimus tutiſſimo. Verum ſi in ſancto auxilio promereri deſideramus, ſi exoptamus, expe ctamus ve ſuffragia cæleſtis militiæ, ad nos noſtraq;

extendi, porrigi, propagari, Vnum neceſſe eſt vt eius exemplo & nos pie viuamus, mores, ac inſtituta examinemus, præ oculis noſtris ponamus, ea pariter immitemur quantum in nobis eſt, æmulemur pro conatu noſtro, aptemus noſmet, accomodemus mores ꝓprios illorum inſtitutis ſequētes veſtigia quoad fieri poterit ſimiles illis omnino eſſe ſtudeamus, in ſtadio ſuo curramus, in vinca domini, & nos ſedulo laboremus, In cultu dominico æſtuemus diurna nocturnaqꝫ opera, bonum certamen certemus, in pugna, cōflictu periculoſaqꝫ lucta ſtrenue dimicemus, caſtitatem eorum, continentiamqꝫ nobis immitandam ꝓponamus animi puritatem contemplemur, innocentiam admiremur, tolerantiam in laboribus veneremur, flagrantem charitatem qua in Deum æſtuabant obſeruemus quomodo vixerint, militarint, qua nam conſtantia intrepido animo, impauide, inconcuſſe, laborioſum abſoluerint curſum, fęliciter in domino occubuerint ſuperata malignantium tyrannorum nequitia, in bono glorioſi æuaſerint, iſtis exemplis & nos excitemur, inuitati & rapti inflamemur, cōſideremus quod omnia hæc ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, dabit ille qui bonorum omniū dator eſt Chriſtus benignas manus, eriget, ſubleuabit, honeſto deſiderio pręſtabit auxiliū vt in dies magis ac magis proficiamus, excellamus ſic facientes obtenta victricia corona iam diu deſignata,

damur in ſancta contemplatione pietas exigit: nam ſemita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti, ad ambulandũ excitemur ergo omnes, animemur ad labores, ad opera ſudemus, æſtuemus in vinea domini, ne otioſi increpemur a domino quid hic ſtatis tota die in otio, timeamus indignabũdam vocem eius minitantis & dicentis auferam a vobis vineam, & dabo genti facienti fructum in ea, moneat nos tandem & moueat exercitium honoratiſſimum, munificentiſſ. probabile laudabile ſatis Apoſtolorum qui laborantes, & ſudantes euellebant ſpicas vt comederẽt quibus nihil ad veſcẽdum magis neceſſarium ad ſaturitatem magis opportunum excogitari poteſt, nam ſpicæ in aruo grauido & pregnãti oſtenduntur, pariterq; oſtendunt euentũ, meſſem, fructum omni tempore, vt frugifere valde ab omnibus deſiderantur frigeſcente aęris temperie, clementia ac vrbanitate cęli fauente valde appetuntur a natura ac arte a cultura hominum fouentur nutriuntur letiſſimę ſunt tempore eſtatis quo pululant, germinant fructum emittunt horrida hieme inter imbres & rigida tempora deſiderantur, ideo ſeminantur illeſę & ſecurę appetuntur a furore, ab imbribus impetuq; vẽtorum, ſpicas verus Deus nõ falſus iupiter aluit in cãpis cæleſtiq; rore madefacit, iſtæ fouentur ac nutriuntur diſtillante cælo, diſpoſita terra, flantibus etiam vẽtis ſpirante aęre, radiante ſole, influente luna, arridente patre authuno, nouiſſima bruma fauente, alma cære aſſiſtente, vireſcentes ꝑſeruãt in campis agris, cultutis, necnon & vineis ſpatioſis atq; ſpecioſis, terram genetricem veſtiunt, has non flaua cæres ſola a fabulo

ſis poetis conficta ſomniata ſuo nomine, & numine iu uat Deus, colore, maturitate, ſubſtantia auget ſic feli- ciſſima meſſe paſcit oculos, dum terræ cohęret, paſcit, mentes deſideria, a ſolo deinde ſeparata, auulſa, extir pata rectius ſpica paſcit corpora, animum, ora, & tota reſtaurat labores noſtros grata culturæ, præteritæ, iu re merito legitur de ſancto Apoſtolorũ exercitio, om ni laude, & reuerentia digno, euellebant itaq; diſcipu li ſpicas vt comederent, has preſeruat diuina prouidẽ tia non illa flaua cæres, a valida vi, & furore immaniſſi mo flantis venti, ne frangantur, ne rumpantur, ne ex- tirpentur, & quod mirum eſt ſetigeri apri omnia de- populantes, illas minime lędunt, minime offendunt immo illeſas conſeruant, vt ſcithię, veſana fames ad ſaxa recedat, hoc diuino iudicio factum iri credimus, non humana arte confictum cenſendum eſt, Apoſtoli ergo euellebant ſpicas vt comederẽt, ſerio labborabãt, ſedulo inſudabant in ſancto laudabili exercitio, ne in domo Dei panem comederent otioſum, illis ſurgen- dum eſt poſtquam ſederint qui veſcuntur pane dolo ris, quid mirum ſi laborioſi apoſtoli euellebãt ſpicas vt comederent, Ad quod tu Pie Pontifex optime reſpi cere & animaduertere debes eorum exemplo & imita tione in cõtinuo exercitio verſari decet omni otio ex cluſo, dirige aciem oculorum, captum intellectus, ag men perſpectæ mentis, illudq; ſeria opera attende, vi

calcabis ſolus in labore, & charitate, vos ſucceſſiuo ordine alloquor potentiſſimi & optimi principes, Maximiliane, Ceſar, Philippe Rex Catholice, Carole Chriſtianiſs. francorũ Rex oratorio more ad vos me còuerto, ac ſermone apoſtrophico alloquor, ſãctiſſimi exercitii quod de Apoſtolis legitur ſit vobis cura, ſit ſtudium, ſit ſollicitudo hoc pacto Aquilam veſtram potentiſſimam coſeruabitis illeſam nonne velociſſima auiũ ſola fulminis ictu non læditur, ſolis fulgorem oculis incõniuẽtibus audx inſpicit, Ioui arma ſubminiſtrat regina Aquila gentilitiũ inſigne inter ſpicas frequentiſſime cibũ queritat, eſcam ſcrutat̃, verſatur, moratur ibi ſpicis cibat̃, reficitur granis, paſcitur ariſtis, lilia regia inter ſpicas naſcuntur, fouentur, aluntur, ſuſtinete itaq; partem ponderis tantillum oneris in extirpatione & auulſione ſpicæ pro cibo omnibus publice erogãdo qui ſuſtinetis maximam partẽ honoris, emolumenti, vtilitatis, ne illud forſitan obiiciatur ſacrum, alligant alienis collis onera grauia & ponderoſa quæ portari nõ poſſunt ſuſtineri non valent, digito autem ſuo nolunt ea mouere quæ noſtra eſt inſcitia, quæ curioſa incuria, quamprimum videmus illotas manus ſumentium panem; hos acerrimi cænſores reprehendimus, iudicamus temere, noſtras autem mentes impuras, immundas, inquinatas labe pollutas, negligentes minimeq; perſpicientes accuſamur, ac illud nobis exprobratur, vides fiſtucã quæ in oculo fratris tui eſt, trabem autem tuã minime vides, nam quemadmodũ lotis manibus, bene purgatis, optime mũdatis. extrinſeca quadam ciuili vrbanitate, vrbanaq; ciuilitate ſu

mendus

mendus eſt panis, quod obſeruantes pro cerimoniis antiquæ ſuæ legis Iudei, ſic increpando obiurgant in textu, quomodo diſcipuli tui, manus non lauant, cũ panem manducant ita pariter ſacroſancti exercitij, ſpicarum collectionis pium miſterium non manibus tantum, ſed corde puro, mente ſincera, animo inge-nuo, purgatis auribus, reſecatis affectibus, audiẽdũ, pariter excipiendum, atq; obſeruandum eſt, ne illud falſo opponatur: Quare & vos o Principes terræ tranſgredimini mandatum Dei, propter traditiones ueſtras, ſi clauã ſcientiæ tenetis, cur introire vos nõ poteſtis, nolite immitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur tenere ſe medicinæ ſcientiam, ipſi autem ſe curare non poſſunt, conuertite oculos mentis, & inſpicite ſacrum factum, Apoſtoli namq; euellebant ſpicas vt comederent, inſpicite ſpicam omnes, quia in ſpica latet ſpes, nam quam primum in pinguioribus aruis pululant, germinant, lanuginem emittũt, floreſcunt, flaueſcunt, matureſcunt, demum albeſcũt, tunc futurę propediem vbertatis, inſtantis færtilitatis, appropinquantis abundantiæ, datur certa atq; probabilis ſpes hominibus, ex largiſſima, abundantiſſima liberaliſſimaq; matre procreata, per hanc diſcunt dociles coloni, quid rura promittant, quid agat ver, quid cogat ęſtas, rurſus quid authũnus velit, quid bruma, nouiſſima ferat, ſpicæ inter arbuta formantur, viribus

mos, radices ſuperbiæ (quæ omnium malorum eſt radix) eſca, fomes, reſecate auellite, quamprimum, extirpate, eradicate, citiſſime, tenuem auram falſas glorias, vanitates (ſi quæ ſunt) ex campis, zizania, lolia, ſpinas, tribulos, dumos, vepres. bona ſemina ſuffocantes occupantes, opprimentesq́, obruantes, auellite radicitus tollite, dicto citius, aura velotius, recurrite feſtināti curſu, ad ſaluberrimū remedium cognitionis noſtræ fragilitatis, Apoſtoli ſanctiſſimi ſpicas ideo euellebāt non vt luxurientur, non conuiuandi, æpulandi, triumphandi gratia, ſed pro neceſſitate victus tantum, pro ſuſtentanda tenui vita ſatis hoc ſibi erat vt comederēt tantum, ſufficerētq́ diurnis laboribus, æuellite & vos pariter tātundem ex vinea veſtra, ex annuo veſtro reditu, ex cænſu quotidiano opportuna neceſſaria, conuenientia, abſint ſuperflua immoderata, immodica ideo, euellite vt comedatis, ne vobis ac in menſa veſtra lautiſſima ſacrum illud dictum exprobretur, alius quidem eſurit, alius autem æbrius eſt, habeatis Principes optimi victum & veſtitum quibus tegamini, his contēti ſitis, nolite eſſe ſolliciti de craſtino, ſcit pater veſter cęleſtis quibus indigetis, hoc eſt ſanctum & pium pręceptum quod in ſchola apoſtolorum diſcere, legere ſeria opera obſeruare licet, & expedit, ſic magiſter docuit, ſic magiſter tradidit, ſic fidelis diſcipulus hauſit, ſic communi traditione apud pios recipitur, vos cæteri qui hic adeſtis præſules antiſtites digniſſimi, eodem exemplo moueat vos pręſens dies, diſponite omnia ſicut diſpoſuit vobis pater cęleſtis, ſic vniuerſa cæleſtis militia, ſchola ſancta, triumphans curia, angelica aula

Regia quę throno Dei aſſiſtis, Roga, deprecare, interce de, inſta, importune opportune ducem, paſtorem, Do ctorem, Principem aurigam, ſigniferum vt det nobis panem noſtrũ quotidianũ, det cibum in tempore ſuo ſic dabit dominus benignitatem, dabit terra noſtra vt fertiliſs. mater, abundantiſs. genitrix, vt parens vberri ma fructus centeſimos in tẽpore ſuo, reliquũ eſt vt Pi⸗ ctoris more vltimam manũ huic tabellæ imponentes finem faciamus qui hactenus vitã ſanctorũ vt curioſi pii tamen indagatores ſatis diligẽti ſtudio fuimus ſci⸗ ſcitati, nunc eorũ mortem religioſe perſcrutemur per curramus, in qua moueãt nos verba, moueant exẽpla, his cõpati, miſererıq; omnino tenemur, hęc ſit medita tio lachrimis plena, amaritudine referta, doloribus to ta abundans, huc inſpicere licet ab omni parte crude⸗ liſs. Imperatorũ minas, miniſtrorũ horrẽdos terrores, timores, tetros carceres, ieiunia, inedias, ſobrietat. corpora afflicta, pallidas facies, vultus liuidos, auulſa capita, diſſectos artus, membra fracta, excoriationes crudeliſs. ferramẽta, ipia, funes, turpiſs. clauos, duriſs. malleos, ſeuiſs. cruces erectas, diſpoſitas rotas, acer⸗ rima flagella, neruos, cathenas, cõpedes quę omnibus timorẽ, terrorem, tremorem, adeo incutiunt vt nedũ animus a factis, ſed aures a crudeli commemoratione prorſus abhorreant, o ſpectaculũ pium piis, religioſũ religioſis, ſed horridũ, tremendũ funeſtum, impiis pe[illegible]

ti culpa & vitio ſuo fuerunt, Verũ ne dubitemus, animo ne cõſternamur, ne frãgamus nos ipſos, nolimus deficere a recto tramite, ab optimo calle iuſti uiri: attẽdamus nobis ipſis, colligamus, & cõſideremus nos ipſos, intremus in domũ noſtram, ingrediamur propriã cellulam cordis noſtri, pęnetremus ſecretas partes domus, oriatur in nobis ſol gratię (ne dicam iuſtitię) con ſolatio noſtra ſit hęc pia cõtemplatio, nam quod ipſi ſudore tãto, laboribus tãtis, totq; inenarrabilibus difficultatibus, diu noctuq; ppeſſis additis cruciatibus, tormentis ſęuiſſimis, morte & duriſſima, & turpiſſima, hactenus ſancti uiri obtinuerũt, id nos oẽs facilitato duriſs. ſeruitutis iugo, ſubleuata uiæ amaritudine, facili ſperare poſſumus, nã in pura cordis bene diſpoſiti oblatione, tota cõſiſtit pñtis belli uictoria ſumma omniũ, maxima omniũ, præcioſiſſima aliarũ, hoc itaq; hilares demus, hoc exhibeamus lętiſſimi, hoc offeramus prõptiſſimi, non coacti non cõpulſi, ſed ſpontanei, & uolentes, illud totũ profecto obtinebimus, illud aſſequemur atq; merębimur, quod laborioſum patribus noſtris, extitit antea, ſic diuina gratia atteſtante quæ uerax eſt, nec falli nec fallere poteſt, ſic uocat dilectos ſic inuitat, ſic trahit, fili præbe mihi cor tuum.

Dixi Laus Deo ſemper.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In omnibus habita a maioribus noſtris licentia.